

73

cum ciuitates que dudum capitij & federici ductu rebellauerat in regis fidem potestatemq; rediissent preferti ad eas gubernandas uiri gallici feroces nā atq; superbi inuās siculis in ferebat clades. tantaq; erat gubernatorū petulantia ut nō uā liberorū hominum sed mācipiorū loco siculi haberēt. Pro leuissimis reb; ac sepe pro uerbo liberius emisso supplicia aderāt crudelissima. Delatorū plene erant urbes. laquei & secures in leuissimis habebantur pennis. Ad hec auaritia galloz inexasita & auri cupido insatiabilis nocentes pariter innocentesq; peruadebat. nec ullus rapinarū erat modus. Diuitie pro crimine maiestatis lege habebantur ut quisq; amplissimo erat patrimonio ita in periculum acerrime uocabatur. Id genus hominū rebelliorū auctor fuisse / id male dixisse regi / id corradini uinagine domi habuisse accusabat. Iacture fortunarū iam in cōsuetudine uenerāt. Optabiles quidem modo supplicia excommunicationesq; cessaret. his accedebant libidines nō maroz modo / uerū etiam ministrorū in uxores & filias siculorum sine ullo respectu aut uerecundia. ut quideq; placitum fuerat. Hanc durissimā feruitutem aliquot annis perpeisse ciuitates tandem superante patientiam magnitudine iniuriarū in furorem uertunt. Initium reū nouarū a panormitanis factum. bi enim diem festum ex urbem agentes cum a galhis eo profectis arma exploraret ac eo pretextu finis mulierū papillasq; obtrectaret concita ob eam feditate seditione gallos lapidib; primo / mox armis persecuti omēs interfecerūt. Rumor deinde panormo in alias ciuitates delatus eodem ex ad arma & cedem populos exciuit. Ita per totam siciliam trucidati galhi cum ardor eorum petulantie proprio sanguine extinctus esset nō solum diuitias male coaceruatos / s; corpora